

Laibacher Diöcesanblatt.

Nr. 7.

Inhalt: I. Super regimine Confraternitatum. — II. Rundschreiben des k. k. Landesauschusses in Betreff der Bestimmungen des Kirchenbaugesetzes. — III. Historia Cathedralis Ecclesiae Labacensis auctore Joanne Gregorio Thalmitschero (continuatio). — IV. Sirotišnica v Sarajevu. — V. Organisten-Curs. — VI. Literatur. — VII. Miscellanea. — VIII. Concursprüfung für Religionslehrer. — IX. Concurs-Berlaubarung. — X. Chronik der Diözese.

1882.

I.

Super regimine Confraternitatum.

Resolutio s. Congr. Indulg.

Beatissime Pater. Hodiernus Vicarius Generalis Dioeceseos N. exponit humiliter Sanctitati Vestrae, quod plures in hac Dioecesi existant diversi nominis Confraternitates, piaque Uniones, ut v. gr. Confraternitas SSmi. Corporis Christi, Immaculati Cordis B. M. V., Congregationes Marianae. Jam vero nonnullae in sua Dioecesi hisce postremis triginta annis irregularitates circa earum erectionem, aggregationem vel directionem irrepserunt nimirum:

1. quod etiam post editas responsiones a S. C. Indulgentiarum sub die 20. Julii 1868 plures erectiones et Confraternitatum aggregationes necnon piarum Unionum peractae sunt a Vicariis Generalibus.

2. quod munus Parocho demandatum regendi Confraternitates saepe suscipiebatur ab alio sacerdote designato a Parocho.

3. quod receptio fidelium in diversas Confraternitates non semper ab ipso Praeside perficiebatur, sed etiam ab aliis subdelegatis, et id locum habuit in illis quoque Sodalitiis, quae, uti Congregationes Marianae, specialem ritum receptionis, atque a solo Praeside peragendae, praescribunt.

Hisce super defectibus, ne fideles priventur Indulgentiis, Sanctitatem Vestram humiliter rogat, ut benigne sanationem dignetur concedere usque ad diem, quo sanatio ad notitiam singulorum praesidum rectorumque pervenerit.

Insuper a S. V. humiliter expostulat 1.o ut sacerdotes qui nunc de facto, quamvis fortasse indebite, diversis Confraternitatibus, Sodalitiis et Congregationibus praesunt, in tali munere confirmare velit, cum facultate etiam subdelegandi, quatenus sint legitime impediti, ad fideles recipiendos in Confraternitates, pias Uniones, quam facultatem postulat etiam pro moderatoribus in futurum existentibus.

2.o Ut pro tempore, quo Sedes Episcopalis vacabit, Vicario Capitulari omnes episcopales facultates concedere velit, quae necessariae sunt ad regendas omnes hujus dioeceseos Confraternitates, Congregationes Marianas, piasve Uniones, et ad novas erigendas, et illas quoque, quarum regimen et erectio ad Regulares pertinent, donec respectivi Ordines religiosi redeunt, necnon potestatem demandandi curam et administrationem omnium Confraternitatum, piarum Unionum etc. idoneo Sacerdoti Dioeceseos cum facultate ad id muneris subdelegandi.

Quod, Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII. in Audientia habita die 2. Aprilis ab infra-scripto Secretario Sacrae Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae Oratori petitam sanationem in omnibus indulsit juxta preces.

Quod vero facultates ad effectum, de quo agitur, Sanctitas Sua, attentis peculiaribus Dioecesis circumstantiis, eas largiri dignata est, valituras tamen absque ulla Brevis expeditione, quousque Sedes Episcopalis vacaverit, et religiosi Ordines in Dioecesim rediverint. Contrariis quibuscunque non obstantibus.

Datum Romae ex Secretaria ejusdem Sac. Cong. die 2. Aprilis 1881.

*Aloysius Card. Oreglia S. Stephano, Praef.
Pius Delicati, Secretarius.*

V.

Rundschreiben des krain. Landesaussschusses betreffend die Einhaltung der Bestimmungen des Kirchenbaugesetzes.

Der hochlöbliche krainische Landesaussschuß hat unterm 21. Mai 1882, Nr. 1955, wegen genauer Einhaltung der Bestimmungen des Kirchenbaugesetzes an die Gemeindevorstände ein Rundschreiben erlassen, auf welches auch die hochwürdige Pfarrgeistlichkeit der Diözese von Seite des Ordinariates hiemit aufmerksam gemacht und, daß Unzukömmlichkeiten vermieden werden, zur entsprechenden Einwirkung und Belehrung aufgefordert wird.

Der Inhalt desselben lautet folgendermaßen:

„Der Landesaussschuß hat vielfach die Wahrnehmung gemacht, daß einzelne wichtige Bestimmungen des Gesetzes vom 20. Juli 1863, L.-G. Nr. 12, betreffend die Bestreitung der Kosten zur Herstellung und Erhaltung der katholischen Kirchen und Pfründengebäude, dann zur Beschaffung der Kirchnerfordernisse theils gar nicht, theils nur mangelhaft eingehalten werden, weshalb er sich in dieser Richtung zu nachfolgenden Erinnerungen an die Gemeindevorstände veranlaßt sieht:

Zunächst ist genau zu beachten, daß unter dieses Gesetz, wie schon der angeführte Titel lehrt, nicht nur Neu- und Umbauten und größere Reparaturen der Kirchen- und Pfründengebäude, sondern auch die Anschaffung von Kirchnerfordernissen, wie z. B. der Glocken, der Paramente, der Einrichtung u. s. w. fallen.

So oft nun aus diesen Anlässen ein Betrag von der Gemeinde beansprucht wird, hat die Verwaltung des Kirchen- und Pfründenvermögens im Wege des Ordinariates um Einleitung einer Concurrenzverhandlung anzufuchen, welche von der k. k. Bezirkshauptmannschaft durchzuführen und nach Maßgabe des Ergebnisses der Verhandlung zu erledigen ist. Nur eine solche rechtskräftige Concurrenzverhandlungserledigung kann die Grundlage zur weiteren richtigen Bemessung der Kosten bilden, die eine Gemeinde zu einem der angeedeuteten Zwecke aufzubringen hat.

Der oft beliebte Vorgang, daß, wenn es sich z. B. um Vornahme einer Reparatur am Pfarrhofe, um den Ankauf neuer Glocken oder dgl. handelt, hierüber mit Umgehung der vorgeschriebenen Concurrenzverhandlung einfach vom Gemeindeaussschusse oder wohl gar vom Gemeindevorstande beschlossen wird, ist daher vollkommen unstatthaft und hat in der Zukunft entschieden zu unterbleiben.

Die Gemeindevorstände werden um so nachdrücklicher angewiesen in allen Fällen, wo nach dem Vorausgeschickten eine Concurrenzverhandlung stattzufinden hat, auf deren Einleitung zu bestehen und hintanzuhalten, daß die hier in Rede stehenden Bauten und Anschaffungen lediglich vom Aussschusse beschlossen werden, als der Landesaussschuß künftig bemüht wäre, dieselben für eine Außerachtlassung in dieser Beziehung zur Verantwortung zu ziehen, und zugleich die nachträgliche Durchführung der Concurrenzverhandlung zu veranlassen. Insbesondere wäre der Landesaussschuß weiters nicht in der Lage, behufs Deckung der Kosten für Bauten und Reparaturen von Kirchen und Pfründengebäuden oder

für Beschaffung von Kirchnerfordernissen, die unter Nichtbeachtung der Anordnungen des Kirchenbaugesetzes vorgenommen wurden, vor Beseitigung der unterlaufenen Mängel irgendwelche Umlagen zu bewilligen; hieraus sich etwa ergebende Verzögerungen oder finanzielle Nachtheile hätten sich die betreffenden Gemeinden dann nur selbst zuzuschreiben."

III.

Historia Cathedralis Ecclesiae Labacensis.

Auctore Ioanne Gregorio Thalnitschero I. U. D.

(Continuatio.)

CAPUT XIV.

Acta anno tertio fabricae.

Anno M. D. CC. III., tertio fabricae, opus inter continuos Bellonae motus et Martis terrores (necibus tota pene Europa exercetur) ac insolitam, crebramque coeli intemperiem continuatum. Initio etenim veris incolae urbis cogitabant de Gallis pyratibus, qui Adriaticum mare, ne Aemona hinc deducta ad campum Caesareum oris Italicis incumbentem pertingat, hosticis triremibus et infestis armis inperivium redidere, intercludendo aditum in patriam; quibus dispersis Emanuel, Elector Bavarus, proxima aestate universum pene comitatum (cum minime credebatur) Tyrolim inundavit. Hinc aliud eidem improvisae imminere periculum invasionis. Aestas et autumnus pene totus pluviosus, non modicam operariis causerunt remoram. Et si praeterea eundem annum ultro ad trutinam ponimus, maximi is laboris ac dispendii fuit, nec non plus sudoris quam reliqui duo conjunctim sumpti attulit Decano, fabricae Directori, qui intentus esse debuit, ut reliquum Basilicae solo aequetur, ut terra effossa pro fundamentis extra urbem educatur, ut ibidem initium fabricae detur, ut dimidia perfectae Ecclesiae fornices et laquearia imponantur, ut eiusdem parietes tam intra quam extra incrustentur, ut gypso exornentur ac tandem, ut tam laquearia quam parietes eleganti penicillo ad majestatem condecorentur, nec non fenestrae suis necessariis requisitis et vitreis ornamentis instruantur et perficiantur; quae omnia longe majores sumptus, quam primis annis poscebant. Verum haec omnia Decanus, ad res sane arduas ac praeclaras producendas natus, aequo animo tulit et ad suum optatum finem deduxit.

Veris proinde initio institit, ut non solum mature quod restitit, reliquum Basilicae disjiceretur, sed et pari quo incoeptum fervore opus continuaretur. Mirum quod in effossione rudum veteris Ecclesiae principalis lapis hucusque non sit repertus; latet is fors sub turri seu campanili, quae necdum disjecta. Numus vero argenteus, cuius prototypum mox dabimus, una cum duobus vasculis vitreis 26. Aprilis, hora septima matutina repertus fuit. Latebat is sub magno lapide quadrato altitudinis duorum pedum et latitudinis 5. reconditus, sua in cavitate altero lapillo coopertus. E dictis vasculis unum stans rite adhuc clausum, aqua, quam credimus benedictam seu e baptismali fonte desumptam, plenum; aliud vacuum ac humo prostratum. An id in impositione vel tractu temporis eversum, Deus noverit. Videamus modo eorum formam. (Fig. 6. in apend.)

Haec vascula D. Urbanus Sella, Sacrista cathedralis Basilicae, qui, cum illa detegerentur, una adfuit, salva servavit; quae mox Decano una cum numo tradita fuere. Vasculum vero plenum a Celssissimo requisitum, eidem exhibitum. Numi inscriptio sic sonat:

1519
 PETRUS
 EPUS. TERGES.
 ME POSUIT IN
 HONOREM MARIAE
 ET ANNAE MA-
 TRISEIUS
 X. APRILIS.

Hic numus repertus fuit eo locorum, ubi Sacellum Congregationis Redemptoris mundi stetit. Positus hic lapis autoritate delegata a dicto Episcopo, absente celsissimo nostro Ordinario Christophoro, Episcopo Labacensi, qui ea tempestate Locumtenentis munus Viennae Austriae obivit.

Cum haec agerentur, fornices Ecclesiae dimidia imponebantur, quas, ut cum omni splendore perficeret, artificioso gypso et eleganti penicillo exornare statuit Decanus, cui postquam rara Julii Qualaei, pictoris eximii, qui in regionibus patriae conterminis, quantum valeat dudum comprobavit, innotuit, Joannem Andream de Coppinis, Patritium Carnioliae, virum singularis iudicii et experientiae, eidem Qualaeo utpote notum humaniter requisivit, ut eundem ad eam provinciam suscipiendam invitaret, quod lubens praestitit; ac eidem mense Martio unâ cum illustrissimo Comite Francisco de Lanthieri, Vicedomino Carnioliae scripsit, ad quorum litteras se 30. Aprilis stetit. Cumprimum is aderat, accessit Decanum, tum Vicedominum, in cuius posterioris aedibus postridie de omnibus conventum et stabilitum, ut praeter constitutum stipendium eidem cum suo discipulo Carolo Carloni victus erogaretur. Fuerat is juvenis 16 annorum, promptus et sagax, qui quidquid magister suo penicillo expressit, mox rubricâ retulerat in membranas ea dexteritate, ut admirationem id intuentibus paruerit. Julio victus ad mensam Decani et eius discipulo ad Sacristam Ecclesiae, utrique vero habitaculum in aedibus D. D. Vicariorum subministratur.

Accersito pariter ad Basilicam gypso exornandum artifice Thoma Ferrata, Mediolanensi origine, opus committitur, qui unâ cum tribus suis discipulis, inter quos duo genuini filii, fornecem ad majus altare obliniendum aggreditur 2da Maji; quem paulo post, videlicet septima dicti mensis, sequitur Julius Qualaeus et omnium primo ibidem originem neo-restituti Episcopatus Labacensis admiranda majestate expressit.

Prima Junii rediit Episcopus ex itinere suo Salysburgensi, ubi ultra annum morabatur in gratiam affinis sui Comitis ab Harrach, Canonici ibidem, quem in Coadjutorem moderni Archiepiscopi Comitis a Thuen, utroque oculorum usu destituti, rem Leopoldo Imperatore urgente, promovere parabat, quod negotium mutata rei facie dilatum. Adhuc eo vesperi hora 6ta e suo castro Görtschach redux visitavit neofabricam, ac collato consilio quantocius principalem lapidem ponere statuit.

Cunctis proinde ad hanc solemnitatem requisitis et praevis paratis 17. Junii, die utpote Dominica, e quinque pulpitis, e quibus ad populum fieri concio solet, speciatim vero in Oratorio Corporis Christi, ad S. Jacobum S. J., ad Capucinos, Franciscanos et Moniales s. Clarae Ordinis, promulgatum, quod celsissimus Ordinarius loci sequenti die lapidem principalem solemni ritu ponere decrevit.

Die igitur Lunae, quae fuit 18. Junii hora nona matutinâ, dato signo campana majori, celsissimus Princeps Ferdinandus I. Episcopus Labacen. principalem lapidem abs se benedictum in fundamento anguli turris campanariae, quae plateam respicit, divino Numine invocato ad aeternam omnipotentis Dei gloriam et tutelarum primarii patroni urbis et dioeceseos Labacensis s. Nicolai honorem, ve-

nerabili adstante Capitulo, Clero, Nobilitate, populo, summo infimoque, ritu maxime solemniter collocavit, hoc servato ordine: Finitis horis consuetis Praepositus, Decanus, cum reliquis DD. Canonicis et Clero, omnes suae quisque functionis habitu induti, ex Oratorio ad residentiam episcopalem processere, levato Episcopo in cappa majori ad Oratorium redire, ibidem pontificali amictu indutus, mox inde processionaliter ad medium Ecclesiae neo-exstructae deducitur, ubi crux supra strues lapidum locata fuit; ibi juxta ritum Ecclesiae divinum auxilium imploratum, quo peracto ad fundamentum dictae turris processionaliter itum, quo dum ventum descendit Episcopus cum Decano ad imum fundamenti, caeteris in ripa circumstantibus. Descendit pariter murariorum praefectus Paulus Jugoviz. Ibi juxta pontificalis libri caeremoniam lapidem Episcopus benedixit, cui Decanus cupro incisam inscriptionem, tres numos argenteos et varias sacras reliquias imposuit, dictus Paulus caementarius autem, populo universo spectante, calce et lateribus operuit, pulsatis in laetitiae signum campanis Ecclesiae. Sequentes erant reliquiae: Cera benedicta Papae Innocentii XI.; item eo tempore regnantis Papae Clementis XI.; numus a Pont. Bened. s. Philippi et Nerei; item numus s. Venantii Mart., patron. contra terraemotum; de saxo grottae, in qua apparuit s. Michael Archang.; de spinis, quibusolvebatur s. Franc. Seraphicus.

Inscriptiones modo videamus cupro eius longitudinis et latitudinis, quam subjuncta forma prodit, incisas. In prima facie haec legebantur:

BASILICAM
DIVO NICOLAO ARCHIEPO. MYRENSI
PATRONO PRIMARIO LABACENSI
SACRAM
VETUSTATE SQUALENTEM
IO. ANTONIUS THALNITSCHER DE
THALBERG, DECANVS & VIC:
GRLIS. LABACENSIS.
OPE COLLECTITIA,
AC INCREDIBILI CURA,
A FUNDAMENTIS RESTITUIT.
ANNO A PARTU VIRG. CIO. IO. CC. I.
SEU AEMONAE CONDITAE

2924.

Parte altera haec inscriptio erat incisa:

IN CATHEDRA PETRI SEDENTE CLEMENE XI.
REGNANTE LEOPOLDO MAGNO
ANTISTITE LABACEN: S. R. I.
PRINCIPE FERDINANDO I.

EX COMITIBUS DE KUENBURG
ET EPISCOPATUM GUBERNANTE
INSTAURATIO BASILICAE CATHEDRALIS
LABACENSIS.

Restat modo ut numerum argenteorum, qui latitudine communem hostiam adaequabant, inscriptiones et eorum imagines (Conf. fig. 7 in ap.) subjungamus.

Horum facies nulla egent explicatione, cum per se clare sint. Prima, ut apparet, exhibet novae Basilicae formam, seu faciem eiusdem lateralem exteriorem. Secunda Episcopum modernum Ferdinandum primum, qui genu prostratus neotemplum tutelari patrono divo Nicolao offert. Tertium praefert plantam Neobasilicae anno Jubilaei inchoatae. Peracta functione lectum: Indulgentias 40 dierum ex indultu celsissimi Principis-Episcopi Labacensis omnibus ad hanc solemnitatem confluentibus piis fidelibus concessas. His finittis tradidit idem Episcopus Decano auctori et promotori fabricae in marsupio auro contexto centum numos aureos eidem aedificio applicandos.

His adnotatis ad ulteriora properemus. Finita prima imagine, ut supra dictum, spatio 12. dierum absoluta, majus laterale sacellum Julius aggreditur, ubi de sacratiss. mysterio Eucharistico figuras et historias, de quibus speciali loco fusius, effigiavit. Ab his ad quatuor Evangelistas eo loco, quo paries intra arcuatae fornicis curvaturam altissime expanditur ad sustentandum tholum formandos motum facit. Hos tam eleganter expressit, ut artem cum natura copulasse videatur. His peractis se ad aliud sacellum majus, honori s. Dismae dicatum, accingit; interim diu disceptatum et consultatum, quid de tholo faciendum. Ambiebant omnes fabricae zelosi, ut absolveretur juxta unam vel alteram formam a peritissimo Andrea de Puteis exhibitam; verum cum minorem formam decem millibus, majorem vero viginti, ac duorum annorum spatio erigi posse affirmabant, sumptus e contra ad hanc molem imponendam necessarios his gravissimis belli temporibus comparari haud poterant, ac omnes opus brevi absolutum optabant, hinc illud ad aliud tempus opportunius dilatum, ac consilium ex necessitate sumptum, ut eius loco tholus fictitius substituatur interim, donec meliora recurrant tempora ac nova adferant media, quibus opus possit ad suam optatam pertingere perfectionem, quod faxit Deus ad suam majorem gloriam et tutelarum Patroni honorem.

Tholus proinde tignis gravissimis stratur, et coementitio opere oblitur, quem dein Julius suo eleganti penicillo ad miraculum coloravit; ea arte, qua olim Apelles, de quo fertur, quod uva tam apte coloribus expresserit, ut aves ad eadem capienda advolaverint, cum de eius pictura idem observatum fuerit, et quidem 13. Octobris, qua die avicula quaedam diu circumvolitans et exitum quarens per unam ex pictis tholi fenestris evadere nitebatur, ast rostro impegit.

Quae pariter ea tempestate, dum tholus depingeretur, Labaci accidere libet annotare. 11. Augusti publicatum mandatum Caesareum ei consuetis locis affixum: Conclusum esse commercium cum sua Majestate ac Hollandis et Anglis, ac intra modicum tempus plures naves mercantiles onustas mercibus Tergestum, ad flumen s. Viti et Porto Re venturas. Hinc omnes cum suis mercibus parati sint, ut non solum suas cum illorum permutare possint, sed et illis de victu necessario provideant. Verum hi ad sinum Genuensis Reipublicae solum pertigerunt et ad comitandum neoregem Hispaniae Carolum II. reverti debuerunt. Quantum hoc communi bono utilitatis attulisset, facile judicandum, quae non commoda, imo splendoris integris provinciis afferant commercia publica et mercimonia testantur tot respublicae in florentissimum statum evectae.

Tertia proinde Septembris appulit Labacum ex Hungaria legio Viermondiana, continens 2400 pedites, e quibus 400 Croatae. Hi omnium primo extra portam Carlostadiensem in planitie, „Prule“ vulgari nomine dicta, castra metati sunt. Cum vero hic locus ab exundatione aquarum minus sit tutus, ad alium 5ta dicti mensis, commodiorem frumentationi, pabulationi, aquationi et lignationi se conferunt locum ad Savum, seu ripam eiusdem e regione montis Cetii, vulgo Callenberg, ibidemque stativa locant, ac toto pene autumno ordinem, quo se vertant, suae Caesareae Majestatis expectant, una cum 400 aliis Croatis, qui Tergesto reduces iis ex mandato conjunguntur. Invalesciente tandem aeris rigore et ob motus Hungaricos mandatum recipiunt, Hungariam denuo repetendi. Providebantur illi ab urbe pane, vino, carne et foeno, hinc accidit, quod cum certo tempore currus sufficientes habere non possent, pro fabrica destinatos currus in facie operariorum sibi arrogare praesumpserint; verum vocati in auxilium operarii praesumptuosos repellunt ac vim subito vi retorquent.

Absolvit tholum, seu cupolam, 24. Septembris, in qua perficienda sex septimanas consumpsit. Mirum, quod tam modico temporis spatio tantam rerum varietatem et copiam exprimere potuerit. Levatis porro sustentaculis postridie 25. Septembris ea omnium oculis videnda prostat. Fama divulgata tota pene confluit urbs ad id contemplandum, quod dudum anxie videre expectabat. Fixis proinde et attonitis oculis summi infimique spirantes prope contemplarunt imagines, nec non artificis opus ad supera usque extulerunt. Neque hoc loco omittendum ducimus, quod varii ab exteris regionibus studio ad id videndum Labacum appulerint.

Julius interea simulacra duo, zelum et amorem divinum, ad duo latera fenestrae supra majus altare coloranda aggreditur; quibus expressis ad lateralia inter fenestras laxamenta motum facit. 10. Octobris post ingentes pluvias, quae non modicum murariorum opus stiterunt, secuta ingens inundatio, integris enim 14 diebus diu noctuque pluebat, ita ut urnam coeli eversam credidisses. Natabant inde prope domus in suburbiis Cracoviae et Tyrnaviae vulgo dictae; ripa ad s. Clementem et Fridolinum nusquam apparuit; in dicta ecclesia altitudine trium pedum aqua stetit. Pontem hospitalensem ingentibus lapidibus onustum pene adaequavit ac molendina plurima pessumdedit.

Ad Julium, a quo recessimus, redeamus. Hic ibidem duas historias, Episcopatus Labacensis „reerectionem“ et „confirmationem“, tum suis locis angelos insignia episcopalia portantes suo penicillo efformavit. Quod dum ageret, accidit, ut cum quispiam ex una e duabus fenestris, quibus tectum Sacrii subest, per id transire nititur, fallente pede praeceps ruit, ast praeter omnium spem in extremitate eiusdem tecti haeret, quod speciali divinae clementiae et s. Nicolai tutelae adscribendum, qui specialem potentiam in conservatione eorum, qui fabricae incubuerunt demonstrare voluit. Nullus enim, licet varii variis periculis expositi, usque ad hodiernam diem mutilationem corporis, minus jacturam vitae passus.

Restat, ut de tecto Sacrii, quod hac tempestate imponitur, lectorem instruamus. Id laminis plumbeis, quae modernorum illustriss. DD. Deputatorum munificentiam depraedicant, contegitur. Consumptum in eo ponderis . . . fudit eadem lamina peritissimus flator aeris Joannes Bpta. Franco.

Cum porro sacella ad summitatem deducerentur, nec non aliquali fornice inter se necterentur, finis cum fine Octobris operi imponitur. Julius pariter cum extra Basilicam Annunciatam et intus duas picturas majores ad latus altaris majoris perficeret, ad iter patriam Lainium repetiturus se disponit. Praevie autem quam id aggrediatur, tam de pictura neo-altari sacelli s. Dismae, argonizantium patroni, imponenda, oleo in patriis laribus imminente hieme coloranda, cum directore fabricae, ac de

alia cum Abbate Hugone, Ord. Carthusiorum Valis Jocosae, altari majori ad Pentecostalia festa locanda, adventum s. Spiritus figurante, convenit. Iter vero cum suo discipulo Carloni ac quatuor scolaribus eum comitantibus 2. Novembris aggreditur.

(Continuabitur.)

IV.

Preponižna prošnja.

„Resnično Vam povem, kar ste storili kateremu mojih najmanjših bratov, meni ste storili.“

(Mat. XXV, 40.)

V Sarajevu se zida širotišnica, imenovana „Marijin ustav“. Premilostivi nadškof so zidanje radi dovolili in kar naravnost zaželeli. Presvitla cesarica so varstvo prevzeli. — Ustav namerava a) odgojevati revne sirote, b) prenočevati in podučevati posle za čas, ko bodo brez službe, c) varovati male otročiče in odraslim nepodučenim dekletom dati priliko, da se podučé v vseh za gospodinjstvo potrebnih stvareh. To vse zastonj. — Kdo bi ne uvidel, kako koristen in potreben je ustav za revno in siromašno Bosno? A odkod potrebnih pripomočkov? Obračamo se do vseh, kojim plamti v srcu ljubezen do bližnjega — usmilite se ubozih bosanskih Slovanov! Vsak darček se prejme veselo in hvaležno. Gospod Bog Vam bo povrnil stotero v življenji, posebno pa na dan sodbe.

Sarajevo meseca majnika 1882.

Predniki v ustavu:

Dr. Anton Jeglič,
kanonik in vodja.

Sestra Helena Bonard,
prednica.

Pravila

Marijinega zavoda u Sarajevu

Sarasmila ulica br. 1.

Zavod je utemeljen dozvolom crkvene i svjetovne vlasti, pokroviteljica mu je Njezino c. kr. apošt. veličanstvo carica Elizabeta.

I.

Namjera i uredba zavoda.

Zavod namjerava 1. poučavati i uzgajati siromašnu djecu, 2. privremeno oskrbljivati uboge služkinje, 3. voditi radnu učionu, zabavište (Kindergarten) i nedjeljnu školu za odrasle djevojke.

1. Zavod badava prima soritčad, te ju prema budućemu zvanju njihovu uzgaja. Poučavaju se sljedeći predmeti:

a) vjeronauk, b) svi početni predmeti, c) sva ženska ručna djela, d) kućanstvo, kao, kuhati, prati, glađiti, praviti odjeću, šivati strojem i. dr.

Djevojke, koje su već izpunile dužnost polaziti školu, hodati će u opetovnu školu.

Na dočetak godine javno će se izpitivati, da se može svatko osvjedočiti o napredovanju siromašne djece.

Davati će se djeci živež prost, a hranjiv, da neće ni stradati, ni priučiti se suvišnim potrebam. Odielo biti će u nedjeljah i svetkovinah svim jednako. Osobito će se skrbiti za bolesnike. Razumjeva se samo po sebi, da se za odgoju vjersko-čudorednu bude pazilo pred svim drugim, a neće se vriedjati vjersko čuvstvo nekatoličkih

vjeroispovjedi. Uz to će se djeca napućivati, da ljube čistoću i red, da budu poslušna i u međusobnom obćenju uljudna i ljubezna.

Domaći red je za sve isti osim sata za obuku, koja se razlikuje prema starosti i razumnosti.

Pohodi vanskih osoba ne dopuščaju se bez dozvole od strane predstojnice u zavodu; dozvoljavaju se samo svake prve nedjelje u mjesecu od 9 sati prije podna do 6 sati poslie podna. Iznimlju se došli iz daleka. Pismeno obći sirotčad po prestojnici.

2. Ovaj zavod prima siromašne služkinje bez obzira na narodnost ili vjeroispovjed; daje jim priliku uvježbati se u svih njihovu zvanju potrebitih djelih, da si mogu pošteno zaslužiti svakdanji kruh. Sestre će se starati, da jim dobave službu kod dobrih obitelji.

3. Djevojke, koje za mladosti svoje nisu imale prilike polaziti školu obučavati će sestre po nedjeljah i blagdanih, da se priuče čitati, pisati, računati i ručna djela, kao šivati, plesti, krpati i to poslie podna te badava. Isto tako podučavati će se ubozi u radnoj učionici i u zabavištu badava. Djevojkam katoličkim predavati će se i vjeronauk.

II.

Uvjeti primanja.

Sirote se primaju u zavod od 4. godine; donieti imadu krštenicu ili rodjenicu, domovnicu i, ako su polazile školu, školsku svjedočbu. Služkinje moraju imati domovnicu ili službovnicu.

III.

Odpust iz zavoda.

Sirote se iz Marijnog zavoda odpuste, ako su toli stare i uzgojene, da si mogu poštenim načinom uzdržavati život. Predstojnici će nastojati, da jim dobave poštenu službu. Ako tko želi dobiti služkinju iz zavoda, neka zamoli predstojništvo pismeno ili ustno.

IV.

Uzdržavanje i ravnateljstvo zavoda.

Zavod se uzdržava sakupljanjem milostnih darova uz dozvolu vladinu.

Zavodom upravlja družba kćeri božanske ljubavi.

Predstojnici zavoda:

Dr. Anton Jeglič, kanonik,
vodja.

Sestra **M. Helena Bonard**,
predstojnica.

Knezoškofijstvo Ljubljansko z veseljem podpira zgornjo prošnju, poslano od vodstva Marijinega zavoda v Sarajevu, ter priporoča toplo vsem, ki imajo občutna srca in ki premorejo, da se usmiliyo tudi zapušćene Bosne. Milodari za ta prekornisti ustav, ki bodo semkaj na ordinarijat dohajali, odpošiljali se bodo na svoje mesto.

Krizostom,
knezoškof.

V.

Organisten-Curs.

Der Cäziliënverein für die Laibacher Diözese wird in der letzten Woche des kommenden Monates, d. i. vom 24. bis 29. Juli d. J. einen Wiederholungs- resp. Fortbildungscurs für Organisten veranstalten. Der Nutzen solcher Curse ist evident. Im Interesse der Hebung der Kirchenmusik auf dem Lande wünschen wir eine lebhaftige Betheiligung bei diesem Lehrcurse.

Die hochwürdige Geistlichkeit wird auf diesen Organisten-Curs mit der Einladung aufmerksam gemacht, die Organisten zur Theilnahme aufzumuntern. Strebsamen Organisten könnte bei besonders berücksichtigungswürdigen Umständen auch eine kleine Unterstützung aus den kirchlichen Fonds zu diesem Zwecke bewilliget werden.

Vom fürstbischöflichen Ordinariate zu Laibach am 23. Juni 1882.

Chrysostomus.

VI.

Literatur.

— „NUNTIUS ROMANUS“, ephemeris, semel in mense editur et refert:

I. Encyclicas et Constitutiones Romani Pontificis. II. Decreta SS. Congregationum Romanarum. Fasciculus quisque saltem 16 paginis interdum pluribus constabit et pro viribus referetur quod actum est mense antecedente, ne nimis tarde res tanti momenti in universo orbe divulgentur. Associatio annua constat libellis 3 (3 francs) pro Italia, 4 francs pro reliquis terris Unionis postalis.

Accipiuntur associationes apud Directionem Ephemeridis „Nuntius Romanus“ Piazza Farnese 96 Romae et apud Directionem Ephemeridis „Der Missionär“ Monachii (vulgo München) Unterangerstrasse 17 in Bavaria.

— AMBROSIUS. Da se vtrjuje duhovščina na Nemškem v sedanjih hudih časih v veri in srčnosti, ima izvrstne znanstvene, politične, pa tudi pastirske liste. V zadnjo vrsto spada v Donauwörthu izhajajoči list: Ambrosius, ki je res pravega Ambroževega duha. Vsak mesec izide enkrat, v nekoliko večji obliki, kakor naša „Danica“, ter ima vselej prilogo. Letnik velja 3 marke ali 1 gl. 80 kr. in sprejema naročila vsaka bukvarna kakor tudi pošta. Za izgled podajam vsebino 4. štev. l. 1882 (7. letn.)

1. Oratio ante lectionem, po načelu: Z Bogom začni vsako delo. — 2. Ostergedanken Gregor des Grossen iz njegove 26. homilije. Kratko, spodbudno premišljevanje, kakor je gg. bralcem to znano po brevijariju. — 3. Cantemus Domino! S tem naslovom prinaša Ambr. sv. himne, kakor jih imamo v duhovnih molitvah z najboljšo razlago. 4. stran ima v tem oddelku: „Ad regias agni dapes“. — 4. Gebet uns Apostel der Jugend! Pisatelj kaže, v kolikih nevarnostih je dandanes mladina in kako lepo nalogo da ima duhovnik ravno na tem polju. Navdušene in prepričevalne besede segajo globoko v srce, ako ga tudi oklepa led nemarnosti. — 5. Die Wirksamkeit des Seelsorgers ausser Kirche und Schule. (Fortsetzung). Duhovno pastirstvo obravnava ta tvarina v nekem delu, ki se imenuje: „vladija“. Akoravno so dotična pravila marsikomu znana, je vendar dobro večkrat spomniti se jih. Tudi ima vsak čas kaj svojega. Zato tudi ta spis ni odveč, ampak je zelo zanimiv, zahteve niso niti pretirane niti premajhne. Posebno povdarja, kako važno je, do pozna pastir svojo čedo. Gorko priporoča tudi, naj duh. pastir pri spraševanju ženina in neveste ne zamudi kolikor more povedati kaj je sv. zakon in kako dolžnost on naklada. Ako je kedaj treba govoriti resno in „močno“ treba je pri tem spraševanju. — 6. Die Marienverehrung in der Erziehung. Ako se kedaj prašamo, kako opravljamo svoja duhovna opravila, ali si moramo reči: „quia obligamur —“? Le redko tedaj pričakujmo, da nam bode pobožnost donášala sadu za blagor svoj in izročeni nam duš. Ali tako ne smemo; marveč pobožnosti nam morajo vsestransko pomagati, da vodimo naravnost zveste kakor tudi slabe duše v nebesa. S tega stališča govori pisatelj prelepo o češčnji blažene Device. — 7. Praktische Notizen. a) Aufnahme der Osterbeicht. b) Grüßen von Seite des Seelsorgers (Duhovnik bodi prijazen!) c) Die Taufpaten (Patrini infantem teneant aut tangant. Quando cognatio spiritualis?) d) Für die Sacristei. — 8. Aus dem Seelsorgersleben. Eine Mission. Spodbudna dogodba. — 9. Literarisches. — 10. Vermischtes. N. p. Der Clerus und die sociale Frage. — Aus Rom (poroča, da so sv. oče odpravili naslov: episcopus in partibus infidelium) P. Passaglia. Ein schöner Tod. — 11. Aphorismen. Lepe misli cerkvenih učnikov. — Commendantur (priporočila v molitev). Oratio post lectionem, po načelu: Z Bogom delo dokončaj! Iz podanega pregleda je lahko razvideti, kako primerna in raznovrstna je tvarina tega pastirskega lista. Ambroževa ljubeznjivost, vnetost in določnost veje od prve do zadnje vrstice. Zato ga kot zabavno berilo smemo bolj priporočati duhovskim bratom

kakor drugo zabavno nemško blago, posebno leposlovno. Priloga ima naslov: Beilage enthaltend „Dispositionen für religiöse Vorträge.“ Verantw. Redacteur: Dr. Proxmarer. — Verlag: Buchhandlung des kathol. Erziehungsvereins (L. Auer) in Donauwörth. L.

VII.

MISCELLANEA.

„In partibus infidelium.“ Sedes episcopales plures, quae antiquitus existebant ejectis inde Catholicis postea ab Infidelibus occupatae sunt. Hac re non obstante Sedes Apostolica perrexit nomina et titulos illarum retinere easque quasi residentiales essent, conferre episcopis auxiliariis seu titularibus, ut sunt Nuntii, Vicarii Apostolici aliique. S. Congreg. de Propaganda Fide die 27. Februarii curr. anni quaestione desuper mota has resolutiones cepit. 1. Aboletur omnino formula „in partibus infidelium.“ 2. Huic denominationi substituenda est alia, quae nomen antiquum *regionis*, ubi sedes episcopalis jacet, edicat v. g. hoc modo: N. N. Archiepiscopus Corinthius in *Achaja*. 3. Ad distinguendos episcopos residentiales a non residentialibus, si appellatione communi utendum, dicantur simpliciter *Episcopi titulares*. — Decreta haec a Summo Pontifice approbata sunt.

VIII.

Concursprüfung

für Religionslehrer an öffentlichen Volks- und Mittelschulen und an Lehrer- und Lehrerinnenbildungsanstalten.

Laut §. 6 des Gesetzes vom 20. Juni 1872 haben rücksichtlich des Rechtes zur Befetzung der mit Gehalt und Remuneration verbundenen Religionslehrerstellen und des hierbei einzuhaltenden Vorganges dieselben Vorschriften Geltung, welche für die weltlichen Dienststellen der betreffenden Schulen bestehen; es ist jedoch nur ein solcher Bewerber anzustellen, welchen die betreffende confessionelle Oberbehörde als zur Ertheilung des Religionsunterrichtes für befähigt erklärt hat.

Nach dem Unterrichts-Ministerial-Erlasse vom 19. Juli 1856, Z. 10.500 prüft die Befähigung zur Ertheilung des Religionsunterrichtes das bischöfliche Ordinariat der Diözese, in der eine solche Lehranstalt gelegen ist, mittelst einer schriftlichen und mündlichen Concursprüfung, die nach vorgängiger Ausschreibung in der Diözese beim Ordinate abgehalten wird, und für die die Fragen von dem Bischofe bestimmt werden.

Einen ähnlichen Vorgang bei Prüfung der Befähigung zur Ertheilung des Religionsunterrichtes an öffentlichen Volks- und Mittelschulen und an Lehrerbildungsanstalten finde ich auch für dieses Jahr anzuordnen.

Es wird zu diesem Ende die im Jahre 1876 vom fb. Ordinate niedergesezte Prüfungscommission die Aufgabe haben, die Lehrbefähigungsprüfung mit den Candidaten des Religionslehramtes an den obbezeichneten Studienabtheilungen vorzunehmen.

Die Prüfung selbst wird am 25. und 26. Juli l. J. abgehalten werden und zwar dergestalt, daß am 25. Juli die schriftliche Prüfung aus der Glaubens- und Sittenlehre, aus der Kirchengeschichte und Pädagogik und am 26. Juli die mündliche Prüfung mit einem Probenvortrage stattfinden wird.

Diejenigen Priester, welche sich die Lehrbefähigung für die eine oder für die andere der eben erwähnten Studienabtheilungen erwerben wollen, haben mindestens zehn Tagen vorher ihre schriftlichen an das fürstbischöfliche Ordinariat stilisirten Gesuche um Zulassung zur Prüfung zu überreichen. Diese Gesuche sind mit dem Maturitätszeugnisse, den theologischen Studienzeugnissen und allenfalls auch mit den Documenten über anderweitig erworbene Kenntnisse zu belegen. Die Candidaten haben darin auch anzugeben, ob sie sich die Lehrbefähigung für Volks- oder Mittelschulen oder Lehrerbildungsanstalten zu erwerben wünschen.

Mit dem auf Grund der Lehrbefähigungsprüfung erworbenen Lehrbefähigungszeugnisse erhält der Candidat die Befähigung an jenen Studienabtheilungen, für welche er das Lehrbefähigungszeugnis erhalten hat, als Religionslehrer angestellt zu werden.

Die Gültigkeitsdauer des Lehrbefähigungszeugnisses wird provisorisch auf vier Jahre festgesetzt; dieselbe kann jedoch unter Umständen verlängert werden, wenn nämlich der Candidat, welchem es nicht gelungen ist, binnen der Zeit von vier Jahren seit Ablegung der Prüfung als Religionslehrer angestellt zu werden, genügend nachweist, daß er sich in der Zwischenzeit wissenschaftlich beschäftigt hat.

Vom fürstbischöflichen Ordinariate Laibach am 20. Juni 1882.

Chrysostomus m. p.
Fürstbischof.

IX.

Concurs-Verlautbarung.

Am Cathedral-Capitel zu Laibach ist das Thomas Čemažar'sche Canonicat in Erledigung gekommen und wird unterm 24. Juni d. J. zur Bewerbung ausgeschrieben.

Priester, welche um diese Domherrnstelle competiren wollen, müssen in Krain geboren worden sein und haben ihre Gesuche an das hochwürdigste fürstbischöfliche Ordinariat in Laibach zu stilisiren.

Die durch den Tod des Pfarrdechanten, Herrn Georg Grabrijan, erledigte Pfarre Vipava wird ebenfalls unterm 24. Juni d. J. zur Bewerbung ausgeschrieben.

Diejenigen Priester, welche für diese Pfarre anzuhalten gedenken, haben an Seine Hochwürden den Herrn Dr. Valentin Müller, Gurker Domcapitular und Probst zu Strassburg in Kärnten als Pfarrpatron stilisirten Bittgesuche hieher an das Ordinariat einzusenden.

X.

Chronik der Diözese.

Seine k. und k. Apostolische Majestät haben mit Allerhöchster Entschließung vom 2. Juni d. J. den Domcapitular bei dem Cathedralcapitel in Laibach, Herrn Peter Urh, zum Propste des Collegiatcapitels in Rudolfswert, dann den Religions-Professor am Obergymnasium in Laibach und Director des fürstbischöflichen Clericalseminars, Ehrendomherrn Dr. Johann Gogala, zum Domherrn, ferner den Pfarrdechant in Moravce, Herrn Johann Toman und den k. k. Hofcaplan und Studiendirector am höheren Priester-Bildungsinstitute zum heiligen Augustin in Wien, Herrn Dr. Johann Kulavie, zu Ehrendomherren des Cathedralcapitels in Laibach allergnädigst zu ernennen geruht.

Die dem Deutschen Ritterorden incorporirte Pfarre Vinica, im Decanate Metlika, wurde dem bisherigen dortigen Pfarradministrator, Herrn Georg König, verliehen.

Gestorben ist am 22. d. M. der hochwürdige Herr Pfarrdechant von Wippach und Ehrendomherr Georg Grabrijan und wird dem Gebete des hochw. Diözesanclerus empfohlen.

Vom fürstbischöflichen Ordinariate Laibach am 24. Juni 1882.